

Mythologia, Venise, 1567 - VIII, 08 : De Proteo

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X

Ce document a pour résumé :

[Mythologia, Venise, 1567 - X \[105\] : De Proteo](#)

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre VIII

[Mythologia, Francfort, 1581 - VIII, 08 : De Proteo](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre VIII

[Mythologie, Paris, 1627 - VIII, 09 : De Prothee](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre VIII

[Mythologie, Lyon, 1612 - VIII, 08 : De Protée](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution – Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia* Venise, 1567 - VIII, 08 : De Proteo, 1567

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 14/01/2026 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/924>

Copier

Présentation du document

Publication Venise, Comin da Trino, 1567

ExemplaireMunich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) , Res/4
Ant. 50
Formatin-4
Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination245r°-247r°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses[Protée](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière
modification le 25/11/2024

tus, quare creditus fuit se in Deorū marinorum numerū recepisse. Cetera veto, quæ de illo fabulosè dicuntur, in eius gratiam fuerunt ad probabilitatem priorum ficta. At nunc de Proteo.

De Proteo.

Cap. VIII.

Proteus & ipse maris Deus fuit Neptuni & Phœnicæ Nymphæ filius, ut scriptum reliquit Zex. hist. 44. chil. 2. qui in Pharo Alexandriæ habitavit, Toronēq; ex Aegypto in Phlegram Pallenes profectus uxorem duxit. Nati sunt illi filii Thorone Tmylus & Telegonus, de quibus meminit Euripides in Helena. Hi postea peregrinos crudeliter interficiebant cum adoleuissent, quorum luxuriam cum Proteus æquo animo ferre non posset, impetrasse à patre Neptuno dicitur ut in Aegyptum rursus ferretur: cuius preces cum audiisset Neptunus è quodam Pallenes hiatu speluncam sub mari fecit, in qua illum in Aegyptum usque siccum perduxit. Deinde cum Hercules ob crudelitatem, qua in hospites utebantur, Tmylum & Telegonum obtruncasset, cognita exde filiorum neque lacrymas emisit, quia nefarii essent homines, neque risit, quod essent filii; ut scripsit Theopompus lib. 8. rerum Græcarum. Xanthus vero scripsit in rebus Lydiæ Proteum Oceani & Tethyos à quibusdam creditum fuisse filium. Eurip. præterea Psamathen uxorem illum duxisse scribit, de qua Theonoen, & Theolymenum marem suscepit. habuit etiam Rhetiam & Idotheam filias, quæ Menelaum de re-ditu in patriam ambigentem, cum diutius in Aegypto detineretur, docuit ut recensibus pellibus phocarum indutus una cum sociis tanquam phocis se inter phocas dormire simularent; quo tempore sub meridiem Proteus in siccum exiens inter phocas dormire consuevit, atque illum dormientem comprehendere, tandemque retinere in varias formas se mutantem, quandiu in pristinam formam redierit. nam tunc futura demum illis prædicet omnia. Dicunt enim modo in aquam, modo in ignem, modo in feras, in arbores, volucres, serpentes se vertere solitum, ut ait Hom. lib. 4. odysseæ, ubi explicat consilium Idothæ, quæ carmina, cum multa sint, non ascribam; sed latine illa breuitatis causa pronuntiabo; sit enim Græca incipiunt;

Dixerat: his ego sum contra sed talibus orsus.
Nunc sonis insidias diuini Diua recense,
Neme præuisum fugiat, nam vincere Diuos
Viribus humanis res est valde ardua. Dixi
Sic ego: sed contra Dea sic est inde locuta.
Hospes vera tibi dico, verissima noles.
Cum medius radiis iam sol accenderit æstus,
Aequoreus solet ire senex in litora verax.
Hunc Zephyro iactata senem regit alga marina.
Quem circum phocæ in spelunca è fluctibus altis
Egressæ capiant placidam per membra quietem,
Spirantes salsæ, & olentes, naribus vndas.
Huc ego te duram cum primum Aurora fugarit
Exoritus stellas; socios tres ipse memento

Qq9

Diligere

Mythologiæ

Deligere è cunctis, qui praestent mente, animoq;
Nunc agè narrabo tibi fraudes, nunc senis artes.
Primum dinumerat phocas, numerumq; recurrit;
Quas omnes ut adesse videt, prosternitur una
Ipse; quum veluti custos in montibus olim.
Hunc ubi videritis stratum, somnoq; grauatum,
Cura sit hinc arte duris innectere vinculis,
Et retinere Deum conantem fallere dextras.
Omnia mox fiet, serpens qui pectore terram
Verret, fiet rursus aqua hic, crepitabit & ignis.

10

Hunc eundem Deum rerum omnium principium esse, & Deorum antiquissimum putavit Orpheus, quem & claves habere maris, & omnibus praeesse, tanquam principium vniuersae naturae dixit, ut patet ex eo hymno;

Ερωτά κληθεῖται πέντε ἀδελφεοὶ ἰσχυροί .
 πρῶτον, πᾶσι φίλοις ἀρχαῖς ἐκ ἑσέως .
 ὅλοι ἀλλήλους ἡμεῖς ἴδμεν πηλοῦσθαι ,
 πάντες, πηλοῦσθαι , ἐπιβόρῃσι τὰ ἑσέα ,
 ἕκαστ' ἐπὶ φίλοις ἑσέω, ἕκαστ' ἑκαστῷ ὅσον αὐτῷ .

20

Gestantem clauis pelagi te maxime Proteu
Prisce voco, à quo naturæ primordia primum
Edita sunt. formas in multas vertere nostri
Materiam sacram; prudens, venerabilis, atque
Cuncta sciens, quæ sint, fuerint, ventura trahantur:

Hunc in curru vehi, qui à phocis traheretur, putarunt antiqui, quos equos bipedes vocavit Virg. lib. 4. Georg.

Est in Carpathio Neptuni gurgite rates
Ceruleus Proteus, magnum qui piscibus æquor,
Et iuncto bipedum curru metitur equorum.

30

Nec plura his ferè de Proteo tradita sunt ab antiquis, quorum sententiam explicemus. Proteum Neptuni siue Oceani filium fioxerunt, quem putarunt vim esse aeris, quì de Stoicorum sententia Iupiter fuit appellatus, ac per omnia pertransiret, & vbique esset, vt patuit superius, cum de Ioue loqueremur: nam aer proxime fit ex aqua in illum extenuata. Hunc naturam esse aeris, per què temperatum omnia oriuntur, & vnde sit omnibus ortus principium & plantis & animalibus, videtur significasse Hom. lib. 4. Odyss. in his:

Δ' ἄα ὅτι πρῶτον ἂν εἴας εἶναι· ἔχοντες
αὐτοὶ ἰπποδρόμους, καὶ γὰρ ἄλλοι, καὶ ἄλλοι τοῦ
Τύχου δ' ὀφθαλμοῦ, καὶ διόφους ὀφθαλμοῦ,
καὶ οὐκ.

40

Concussit ceruice inbas leo factus, & inde
Fit draco terribilis, modo sus, modo pardalis ingens,
Alticoma aut arbor, nunc frigida defluit vnda,
Nunc ignis crepitat.

Nam ex eadem materia pro aeris, caloris ue ratione occulta, vel arbores,
vel animalia nascuntur; vel materia ipsa convertitur in elementa, quod an-
tiqui significarunt, per tot, tamque multiplices formarum mutationes: cum
Proteus quasi *πρωτεύς*, primum existens scilicet sit, materia enim omnis
in intellectu forma prior existit. Nam certe quidē hominem aliquem fuisse,
qui

Neptunus . volucres inter fit nanque volucris .
Tum fit rursus apis , rursus (mirabile visu)
Formica apparet , rursus fit frigida serpens :
Munera multa habuit , quæ singula dicere non est ,
Denique principium cordis , causæque fuerunt ,
Pallas vti monuit .

Habuit etiam Empusa hanc ipsam facultatem convertendi se in quæcunque libuisset ; de qua ita scripsit Aristophanes in Ranis ;

10

ἡμῖν δὲ , δούετ , μεταδραπέζουσι γίνονται .
τάτῃ μιν θύει , καὶδ' αἰνέει , τὸταδ' αὖ γυνὴ
ἀραγε γέννηται . αὐτὸς γὰρ ἐν αἰσέτιναι .
Ἀλλ' οὐκ ἔστιν ὅτι δὲν , ἀλλ' ἡδὲ κύνες .
Ἐρπύλαια γέννηται ἔστι .

Nam maximam profecto belloam .

Qualem ? nouam . fit cuncta , cum liber , statim .

Nunc mula , nunc bos , rursus illa scemina

Formosa . dic vbi est , eamus recta eò .

Haud scemina est , sed rursus illa , sed canis ,

Empusa certe est illa .

20

Sic etiam Epicharmus in Hebes Nuptiis ;

Ἐμπύλαια δίδου , θύει , ἰχθύα γίνονται .
Ἀδελφεῖ , μὴν , καὶ γυνὴ ἀραγε γέννηται .
καὶ παρὲν ἑπύλαια , καὶ γὰρ ἐνερπύλαια .

Empusa planta , bos fit , atque vipera ,

Lapisque , musca , pulchra & illa scemina ,

Quidquid cupit , vel denique illi conferat .

Alii , inter quos fuit Antigonus Carystius in Dictione , Proteum virum sapientissimum fuisse tradiderunt . qui multa de naturali philosophia scripserit , de plantis , de lapidibus , de natura ferarum , de mutatione mutua elementorum , & quo pacto illa principia sint omnium nascentium , quæ ut vites singula sumplerint , ita vel arbores fiunt , vel herba , vel animalia : quare dictus fuit Proteus in illa omnia se vertisse . Hunc eundem divinatorum arbitrabantur , quia multa ex observatione syderum , & ex rerum præteritarum memoria prædicaret . Alii crediderunt per magicas artes Proteum in prædictas formas se mutasse : alii dixerunt fuisse virum dicendi peritum qui facile posset in quosvis animorum motus homines impellere , quare prædictas formas sumere dictus fuit . Ego Proteum virum fuisse prudentem putaverim (si modo quis fuit) & in conciliandis conservandisque amicitias callidissimum , & in temperandis motibus animorum , & in moribus ad omnes eventus rerum tantè formandos , aut certe quales esse viros prudentes oporteat per hæc figmenta nobis antiquis demonstrasse . Quia enim nesciat nihil magis necessarium esse vel in administratione ciuitatum , vel in quotidiana consuetudine , quàm varietatem ingenii , quæ confert plurimum ad omnes opportunitates , ac rerum vicissitudines ? oportet igitur virum prudentem quoniam nō omnes illis studiis delectantur aut capiuntur , per varias formas se in hominum amicitiam ingerere , ac variis ut rationibus in ciuitatum administrationibus : quoniam alii eventus clementiam , alii severitatem iudicis

30

40

cis requirunt, sic enim fieri Proceum modo ignem, modo aquam intelligen-
dum est. veruntamen non solum ad amicitias, & ad ciuitatum administra-
tiones hæc fabula pertinet, sed multo magis ad vniuersam humanæ vitæ ra-
tionem, quippe cum neque semper indulgere genio conueniat, neque sem-
per eadem vitæ seueritas ætenda sit; sed veriusque rei tempora sunt co-
gnoscenda, quippe cum nihil violentum sit diuturnum. Nihil aliud igitur
dixisse mihi videtur per hæc figmenta, quam illud quod etiam dictum fuit
ab oraculo; ne quid nimis. cum omnis omnium rerum salus & constantia in
medioeritate moderationeq; sit collocata.

10

De Castore & Polluce.

Cap. IX.

Castorem item & Pollucem salutaria numina nauigantibus, si gemini ap-
parent omnes crediderunt antiqui, acque etiam omnium nauigantiu
vixit sermo miratis tamē nominibus nostra ætate appellauit. Fama fuit
Iouem, vt de horum origine aliquid dicamus, captum desiderio Leda tyro-
dari Regis in cygnum se conuertisse, atq; illam compressisse. Nam cygnus
factus ita iucundè cecinit, vt illum propter cantus suauitatem Leda adama-
uerit & contrestauerit. Deinde ab eo cygno compressa ouum peperisse di-
citur, & quo Castor & Pollux & Helena nati sunt, vt Ouidius in his innuit in
epist. Helenæ;

10

Dat mihi Leda Iouem cygno decepta parentem,
Quæ falsam gremio credula souit auem.

Alii tamen crediderunt duo oia nata fuisse ex illo congressu, quorum ex al-
tero Castor & Pollux, ex altero Helena nata sit & Clytemnestra. Non de-
fuerunt tamen qui ex vno tantum ouo Pollucem & Helenam natos fuisse
crediderint, quod Leda è Ioue conceperit, cum ex Tyndaro Castorem &
Clytemnestram natos esse arbitrentur. hi igitur mortales vt ex homine co-
cepti, illi immortales vt ex Deo crediti fuerunt. Vocati tamen sunt omnes
Tyndaridae, et in Lacedæmone iuxta Taygetum montem Laconia nati, vt
ait Rome. in hymnis;

30

Castora Pollucemq; mihi nunc pandite Musæ
Tyndaridas, Iouis è celestis semine natos.
Taygeti peperit quondam hos sub verrice Leda,
Clam coniuncta Ioui celestia regna tenenti.

Theocritus in Dioscuris Castorem & Pollucem Iouis filios, et non Tynda-
ri appellauit;

40

Castor Pollucemq; timendos hostibus acres
Hi cum nati fuissent Peplini, quæ maritima erat ciuitas insula eiusdem no-
minis Lacedæmoniorum ditionis, vt fuit Thalamatarum scemo, & Aicman in
quodam cantico scripserat, à Mercurio Pellenen nutriendi statim de portatu
facturi.